



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XIII. An Sacmenta conferant gratiam ex opere operato?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

gunt subesse vim magnam Sacramentis, qua sit extra fidem efficax.

AUTOR. Expositio hæc pugnat pri-
ori. 1. Quia si opus operatum sit opus
meritorum suscipientis; qui potest ex-
cludere fidem, sine qua est impossibile place-
re Deo? Heb II. 2. Conc. Trid. Sess. 6. Can. 6.
docet initium iustificationis fieri à Fide
& poenitentia.

Iraq; conferre gratiam ex opere ope-
rato, est, Conferre eam ex Vi Actionis
Sacramentalis, ad hoc à Deo institutæ, &
non ex merito operantis. Vnde Aug. l. 4.
de Baptismo. c. 24. *Ipsum Sacramentum
per seipsum multum valet: sc. ex Dei volū-
tate, qua est causa principalis; non fides
operantis; quia hæc extrinsecè accedit ad
efficientiam Sacramenti; & ab infantib⁹
abest, in quibus tamen vis Sacramenti
operatur.*

QVÆSTIO XIII.

*An Sacra menta conferant gratiam
ex opere operato?*

LUTHERUS cum omni Secta sua volunt, Sacra-
menta immediate habere efficientiam gratiæ; sed nuda
et signa: media et tamen excitate fidem iustificantem,
sic repræsentant oculi, eu verba auribus. MELANCH-
THON in Loci, horrendum etorem Papistarum appelle-
bat, quod Sacra menta iustificare dicant: cùm sint locum
signa promissionis, sicut & pictura rerum, ait in Apolo-
gia ad art. 13 & libro contra Anabaptistas. Annis Po-
sterioribus, tamen argumentis nostris p̄cessus, phrasim
loquendi mutauit in vicinam nostræ; sed nil senti-
am; Patremque sua secuta proles est: præsertim Kemni-
tius part. 2. Exam.

CALVINVS Infl. l. 4. c. 14. §. 6. Con-
stanter disserente consentit; vñus eadem pi-
quantæ similitudine, & §. 8. exemplo Iridis ac
Velleris. Et in Anab. Sess. 7. Can. 5. Tum
effectum habent Sacra menta, si fidei serui-
unt. Et Can. 8. Eo modo gratiam efficiunt,
quo Verbum prædicatum. Sic & BEZA,
et ceterique vniuersitatis.

SVADENT. Quia, 1. Heb. 10. *Iustus &*

fide vinuit: ergo non ex Sacra mentis. Rom. 10.
Corde creditur ad institutam. &c. 2. Mar. vlt.
Qui crediderit & Baptizatus &c. Ergo qui nō
credit, et si baptizatus sit, condemnatur. Di-
cit. *Qui non crediderit, condemnabitur.* Non
dicit, qui non baptizatus fuerit, condemna-
bitur: ergo sola fides saluat, non Baptismus.
3. Rom. 4. *Credidit Abraham, & reput. &c.*
Sicut ergo fides, non Circumcisio, eum sal-
uavit; ita nunc & fides, non Baptismus. Hæc
Luth. & Calu. 4. Zwinglius libro de vera &
falsa religione, Luc. 5. *Quis potest dimittere pec-
cata, nisi filius Deus?* Ergo non Sacra menta.
5. Kemnitius Eph. 5. *Mundans eam lauacro
aqua in Verbo vite:* Verbi igitur vis est tota
ad fidem iustificantem. Testimonia Patrum
& Rationes vanè aggerunt apud Bellarm. l. 2.
cap. 10. & 11.

AUTOR. Sacra menta sunt veræ in-
strumentales causa gratiæ, idque ex ope-
re operato. 1. Quia sic Scriptura in
meo Anticristo part. 3. q. 4. 2. Huc
prophetæ spectarunt. Isa. 1. *Lauamini,*
mundi estoti, id est, aiunt S. Patres, baptiza-
mini, hoc cum effectu, ut mundemini.
Ezech. 36. *Effundam super vos aquam mun-
dam, et mundabimini ab omnib. inquiname-
tiis vestris, et dabo vobis cor nouum.* Mich 7.
Proiiciet in profundum maris omnia peccata
nostra. Zach. 13. *Erit fons patens in ablutio-
nem peccatoris.*

3. FIGVRÆ declarant idem apud
Bellarm. lib. 2. cap. 4. Concilia prætero,
Nubemque S. Patrum Græcæ, Latinæ
que Ecclesiæ.

4. RATIONES euincunt. 1. Sacra-
menta efficaciter conferuntur etiam
non intelligentibus: ergo sunt signa ve-
rè practica, non solum significativa ad
excitandam fidem. 2. Verba & Signa
Sacramentalia pendent ex diuina Insti-
tutione, non humana: Ergo etiam
li 2 super-



supernaturale quid efficiunt. Qui a cætroquin ab humana autoritate potius essent institui. 3. Sacraenta pendent à Deo non solum in Institutione; sed etiam in V. su: Ipse enim est qui per ministros baptizat, consecrat. &c. non ergo nūdē significant, sed quid efficiunt. Nam cum cætera humana signa solum significant; diuinā nil ab iis distarent ut meliora. Plurimā vide in *Geneal. p. 3. q. 2.*

DICO A.D. I. Sed non ex sola viuit: vnde & Sacramentis est locus. Et sensus verus est, Iustus ex fide constanter experit promissa Dei. Ita *Abacuc. 2.*

A.D. II. Fides saluat, non sola, sed cum Baptismo; Eratque inferendum: Ergo non solus Baptismus saluat: Non; Baptismus non saluat. Ut si dicam: *1. Cor. 13.* Fides nil prodest sine charitate: ergo fides nil prodest: Male. Dein; à genere ad speciem valent argumenta negatiua: vt non est animal; ergo nec homo: affirmativa non valent; vt, Est animal, ergo & homo. Sic, qui non crediderit, condannabitur: non contra semper.

A.D. III. Abrabæ fides & obediencia meruerat, vt primus haberet Sacramentum Circumcisionis in priuilegiū, velut *Signaculum τοῦ οὐρανοῦ*, non σημεῖον signum iustitiae fidei, id est, velut testimonium iustitiae suæ, non vt signum propositum ei ad excitandam fidem. Vide *supræ quest. 3.*

A.D. IV. Atqui Christus ibidem in paralytico ostendit, se etiam vt Hominē peccata dimittere. Dein; hominibus dixit, *Ioann. 20.* Quorum remiseritis peccata. &c. Deus tamen Solus propria Autoritate dimittit.

A.D. V. Per Verbum vite non intelli-

gitur concio; sed forma Sacramenti, seu Verbum practicum consecratorum, laibi interpretes.

Q VÆSTI O XIV.

An Sacraenta Veteris & Novi Testam. gis differant in effectu iustificationis?

LUTHERVS lib. de Captiuitate, Babyl. cap. de Baptismo. Error est, Sacraenta nouae legi differant, veteris Legi, penes efficaciam significantur, quod nostra efficaciter significant faciendo, quod significant non illa. 2. Distinguunt autem Vetera Sacraenta habentia an n. xam promissionem, vt Iris, Noe, Moys, Gedeonis, Vimbia reuersa Ezechiae. Alia nullam habentia; vt expiatoriae ceremonie. Ita nostis panis; haec superiora facit in virtute efficientiae significatiue.

CALVINVS Inst. lib. 4. cap. 14. §. 1. Hoc dogma, quod Veteris Legis Sacraenta Dei, gratiam adumbravit; hec Novi presenti cohererant, penitus explodendum est. Sic contulerit Luther. Dissentit in isto: Nequamen negamus, quod uberior sub Christi regno percipiatur gratia. Sic in Antidoto *§. 7. cap. 2.* Parem voluit Luterus. Dein; Calvini *§. 12.* Putationes Iudiciorum ponit inter vera Sacraenta patia cæteris: Lutherus in inferiora effectu.

KEMNITIVS in part. 2. Exam. admittit Lutheri distinctionem veterum signorum & uberiorum gratiam Calvino: Cum vero que condemnat Catholicos.

SVADENT ferentis: 1. CALVINI Inst. lib. 4. cap. 16. §. 3. & 4. Parte Circumcisionis & Baptismi promissio, scilicet remissione peccatorum. Hinc *Eph. 2.* gentiles erant sine Deo, quia sine Circumcisione. 2. *Levit. 4. 5. 6.* datur oblationes proprieatis remittendis. 3. Inst. l. 4. c. 14. §. 11. ex *1. Cor. 10.* Eandem escam spiritalem manducauerunt, & eundem potum spiritalem bibuerunt. Quis inane ausit facere signum illud; quod veram Christi Communionem. Inde exhibebat? Ergo in Sacramentis pares nobis facit, nec ullam